

Officium parvum Beatae Virginis Mariae
**(tratto da [http://divinumofficium.com/cgi-
bin/horas/officium.pl](http://divinumofficium.com/cgi-bin/horas/officium.pl))**

Ante

flexis genibus

Aperi Domine, os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perversis et alienis cogitationibus; intellectum illumina, affectum inflamma, ut digne, attente ac devote hoc Officium recitare valeam, et exaudiri merear ante conspectum divinae Majestatis tuae. Per Christum, Dominum nostrum.

R. Amen.

Domine, in unione illius divinae intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas (vel hanc tibi Horam) persolvo.

Ad Matutinum

Incipit {specialis}

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

+

V. Domine labia mea aperies.

R. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

†

V. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Alleluia

Invitorium {Antiphona Votive}

Ant. Ave Maria, gratia plena * Dominus tecum.

Ant. Ave Maria, gratia plena * Dominus tecum.

Venite, exsultemus Domino, jubilemus Deo, salutari nostro: praeoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Ant. Ave Maria, gratia plena * Dominus tecum.

Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos, quoniam non repellet Dominus plebem suam: quia in manu ejus sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit.

Ant. Dominus tecum.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus
(*genuflectitur*) venite, adoremus, et procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui
fecit nos, quia ipse est Dominus, Deus noster; nos autem populus ejus, et oves
pascuae ejus.

Ant. Ave Maria, gratia plena * Dominus tecum.

Hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione
secundum diem tentationis in deserto: ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt
et viderunt opera mea.

Ant. Dominus tecum.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi; Semper hi errant corde,
ipsi vero non cognoverunt vias meas: quibus juravi in ira mea; Si introibunt in
requiem meam.

Ant. Ave Maria, gratia plena * Dominus tecum.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Dominus tecum.

Ant. Ave Maria, gratia plena * Dominus tecum.

Hymnus {Votive}

Quem terra, pontus, sidera
Colunt, adorant, praedicant,
Trinam regentem machinam,
Clastrum Mariae bajulat.

Cui luna, sol, et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa caeli gratia,
Gestant puellae viscera.

Beata Mater munere,
Cujus supernus artifex
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

Beata caeli nuntio,
Foecunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus,
Cujus per alvum fusus est.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,

In sempiterna saecula.

Amen.

Psalmi cum lectionibus {Antiphonae et Psalmi Votive}

Nocturn I

Ant. Benedicta tu

Psalmus 8 [1]

8:1 Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

8:2 Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super caelos.

8:3 Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

8:4 Quóniam vidébo caelos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

8:5 Quid est homo quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

8:6 Minuísti eum paulo minus ab Ángelis, glória et honóre coronásti eum: * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

8:7 Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves et boves univérſas: ínsuper et pécora campi.

8:8 Vólucres caeli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

8:9 Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Benedicta tu * in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui

Ant. Sicut myrrha

Psalmus 18 [2]

18:1 Cæli enárrant glóriam Dei: * et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

18:2 Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti índicat sciéntiam.

18:3 Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

18:4 In omnem terram exívit sonus eórum: * et in fines orbis terræ verba eórum.

18:5 In sole pósuit tabernáculum suum: * et ipse tamquam sponsus procédens de thálamó suo:

18:6 Exsultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo caelo egréssio ejus:

18:7 Et occúrsus ejus usque ad summum ejus: * nec est qui se abscóndat a calóre ejus.

18:8 Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

18:9 Justítiae Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lícidum; illúminans óculos.

18:10 Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi: * judícia Dómini vera, justificáta in semetípſa.

18:11 Desiderabília super aurum et lápidem pretiósum multum: * et dulcióra super mel et favum.

18:12 Étenim servus tuus custódit ea, * in custodiéndis illis retribútio multa.
18:13 Delicta quis intélligit? ab occúltis meis munda me: * et ab aliénis parce servo tuo.
18:14 Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: * et emundábor a delicto máximo.
18:15 Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.
18:15 Dómine, adjútor meus, * et redémptor meus.
V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.
R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Sicut myrrha * electa odorem dedisti suavitatis sancta Dei Genitrix

Ant. Ante torum

Psalmus 23 [3]

23:1 Dómini est terra, et plenitúdo ejus: * orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.
23:2 Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.
23:3 Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?
23:4 Ínnocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.
23:5 Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo, salutári suo.
23:6 Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.
23:7 Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.
23:8 Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.
23:9 Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.
23:10 Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.
V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.
R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Ante torum * hujus Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
V. Et ne nos inducas in tentationem:
R. Sed libera nos a malo.
Absolutio. Precibus et meritis beatae Mariae semper Virginis, et omnium Sanctorum, perducatur nos Dominus ad regna caelorum. Amen.

V. Jube domne benedicere.

Benedictio. Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

Lectio 1

Sir 24:11-13

11 Et omnium excellentium et humilium corda virtute calcavi. Et in his omnibus requiem quaesivi, et in hereditate Domini morabor.

12 Tunc praecepit, et dixit mihi Creator omnium: et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

13 Et dixit mihi: In Jacob inhabita, et in Israël hereditare, et in electis meis mitte radices.

V. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias

R. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio:

* Quia quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

V. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

R. Quia quem caeli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

V. Jube domne benedicere.

Benedictio. Ipsa Virgo Virginum, intercedat pro nobis ad Dominum. Amen

Lectio 2

Sir 24:15-16

15 Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea.

16 Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

V. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias

R. Beata es Virgo Maria, quae Dominum portasti Creatorem mundi:

* Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes Virgo.

V. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.

R. Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes Virgo.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Genuisti qui te fecit, et in aeternum permanes Virgo.

V. Jube domne benedicere.

Benedictio. Per Virginem Matrem, concedat nobis Dominus salutem et pacem. Amen

Lectio 3

Sir 24:17-20

17 Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion:

18 Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosae in Jericho:

19 Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis.

20 Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi; quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris:

V. Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias

Te Deum

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te aeternum Patrem, omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi Caeli et universae Potestates:

Tibi Cherubim et Seraphim incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt caeli et terra majestatis gloriae tuae.

Te gloriosus Apostolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia,

Patrem immensae majestatis;

Venerandum tuum verum et unicum Filium;

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriae, Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu, ad liberandum suscepturus hominem,

non horruisti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo,

aperuisti credentibus regna caelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Sequens versus dicitur flexis genibus

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum Sanctis tuis in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuae.

Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies benedicimus te;

Et laudamus nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.

Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi: non confundar in aeternum.

Reliqua omittuntur, nisi [Laudes](#) separandae sint.

Oratio {Votive}

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

Oremus

Deus qui Beatae Mariae Virginis utero Verbum tuum Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adjuvemur

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Conclusio

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

V. Benedicamus Domino

R. Deo gratias

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

Ad Laudes

Incipit {specialis}

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

†

V. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Alleluia

Psalmi {Votive}

Ant. Assumpta est

Psalmus 92 [1]

92:1 Dóminus regnávít, decórem indútus est: * indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

92:2 Étenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

92:3 Paráta sedes tua ex tunc: * a sæculo tu es.

92:4 Elevavérunt flúmina, Dómine: * elevavérunt flúmina vocem suam.

92:5 Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vóci bus aquárum multárum.

92:6 Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

92:7 Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Assumpta est * Maria in caelum: gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum.

Ant. Maria Virgo

Psalmus 99 [2]

99:1 Jubilate Deo, omnis terra: * servíte Dómino in lætítia.

99:2 Introíte in conspéctu ejus, * in exsultatióne.

99:3 Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, et non ipsi nos.

99:4 Pópulus ejus, et oves páscae ejus: * introíte portas ejus in confessi óne, átria ejus in hymnis: confitémini illi.

99:5 Laudáte nomen ejus: quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus, * et usque in generatió nem et generatió nem véritas ejus.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Maria Virgo * assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

Ant. In odorem

Psalmus 62 [3]

62:1 Deus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

62:2 Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

62:3 In terra desérta, et ínvia, et inaquósa: * sic in sancto appáruí tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

62:4 Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

62:5 Sic benedicám te in vita mea: * et in nómine tuo levábo manus meas.

62:6 Sicut ádipe et pinguédine repléátur ánima mea: * et lábiis exsultatió nis laudábit os

meum.

62:7 Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adiutor meus.

62:8 Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

62:9 Ipsi vero in vanum quasi erunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

62:10 Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen

Ant. In odorem * unguentorum tuorum currimus: adolescentulae dilexerunt te nimis.

Ant. Benedicta filia

Canticum Trium puerorum [4]

(Canticum Trium puerorum * Dan 3:57-75,56)

3:57 Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

3:58 Benedícite, Ángeli Dómini, Dómino: * benedícite, cæli, Dómino.

3:59 Benedícite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

3:60 Benedícite, sol et luna, Dómino: * benedícite, stellæ cæli, Dómino.

3:61 Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

3:62 Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * benedícite, frigus et æstus, Dómino.

3:63 Benedícite, rores et pruína, Dómino: * benedícite, gelu et frigus, Dómino.

3:64 Benedícite, glácies et nives, Dómino: * benedícite, noctes et dies, Dómino.

3:65 Benedícite, lux et ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

3:66 Benedícat terra Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

3:67 Benedícite, montes et colles, Dómino: * benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

3:68 Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária et flúmina, Dómino.

3:69 Benedícite, cete, et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

3:70 Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino: * benedícite, filii hóminum, Dómino.

3:71 Benedícat Israël Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

3:72 Benedícite, sacerdotés Dómini, Dómino: * benedícite, servi Dómini, Dómino.

3:73 Benedícite, spíritus, et animæ justórum, Dómino: * benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.

3:74 Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

3:75 (Fit reveréntia:) Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

3:56 Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Ant. Benedicta filia * tu a Domino: quia per te fructum vitae communicavimus.

Ant. Pulchra es,

Psalmus 148 [5]

148:1 Laudáte Dóminum de cælis: * laudáte eum in excélsis.

148:2 Laudáte eum, omnes Ángeli ejus: * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

148:3 Laudáte eum, sol et luna: * laudáte eum, omnes stellæ et lumen.

148:4 Laudáte eum, cæli cælórum: * et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

148:5 Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

148:6 Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum púsuit, et non præteríbit.

148:7 Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, et omnes abýssi.

148:8 Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ faciunt verbum ejus:

148:9 Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri.

148:10 Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennátæ:

148:11 Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes júdices terræ.

148:12 Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

148:13 Conféssio ejus super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

148:14 Hymnus ómnibus sanctis ejus: * fliis Israél, pópulo appropinquánti sibi.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spíritui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Pulchra es, * et decora, filia Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.

Capitulum Hymnus Versus {Votive}

Cant. 6:8

Viderunt eam filiae Sion, et beatissimam praedicaverunt et reginae laudaverunt eam.

R. Deo gratias

Hymnus

O gloriosa virginum,

Sublimis inter sidera,

Qui te creavit, parvulum

Lactente nutris ubere.

Quod Heva tristis abstulit,

Tu reddis almo germine:

Intrent ut astra flebiles,

Caeli recludis cardines.

Tu regis alti janua,

Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptae plaudite.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna saecula.
Amen.

V. Benedicta tu in mulieribus.

R. Et benedictus fructus ventris tui.

Canticum Benedictus {Antiphona Votive}

Ant. Beata Dei Genitrix Maria,

*(Canticum Zachariae * Luc. 1:68-79)*

1:68 Benedictus Dóminus, Deus Israél: * quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ:

1:69 Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo David, púeri sui.

1:70 Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum ejus:

1:71 Salútem ex inimicis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos.

1:72 Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

1:73 Jusjurándum, quod jurávit ad Ábraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

1:74 Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

1:75 In sanctitáte, et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

1:76 Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus:

1:77 Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus: * in remissionem peccatórum eórum:

1:78 Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

1:79 Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndo pedes nostros in viam pacis.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Beata Dei Genitrix Maria, * Virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti: sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu Christo: ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu.

Preces Feriales{omittitur}

Oratio {Votive}

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

Oremus

Deus qui Beatae Mariae Virginis utero Verbum tuum Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adjuvemur

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Suffragium {per annum}

Sancti omnes intercedant pro nobis ad Dominum

V. Mirificavit Dominus Sanctos suos.

R. Et exaudivit eos clamantes ad se.

Oratio

N. exprimitur nomen titularis propriae ecclesiae

Oremus.

A cunctis nos, quaesumus, Domine, mentis et corporis defende periculis: et, intercedente beato Joseph, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato **N.** et omnibus Sanctis, salutem nobis tribue benignus et pacem; ut, destructis adversitatibus et erroribus universis, Ecclesia tua secura tibi serviat libertate.

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Conclusio

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

V. Benedicamus Domino

R. Deo gratias

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

V. Dominus det nobis suam pacem.

R. Et vitam aeternam. Amen.

Salve, Regina, mater misericordiae;
vita, dulcedo et spes nostra, salve.

Ad te clamamus exsules filii Hevae.
Ad te suspiramus gementes et flentes
In hac lacrimarum valle.

Eia ergo, advocata nostra,
illos tuos misericordes oculos ad nos converte.
Et Iesum, benedictum fructum ventris tui,
nobis post hoc exsilium ostende.
O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante, praeparasti: da, ut, cujus commemoratione laetamur, eius pia intercessione, ab instantibus malis et a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

V. Divinum auxilium † maneat semper nobiscum.

R. Amen.

Ad Primam

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae.
Amen.

V. Deus † in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

Hymnus.

Memento, rerum Conditor,
Nostri quod olim corporis
Sacrata ab alvo Virginis
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiae,

Dulcis Parens clementiae,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula.
Amen.

Ant. Assumpta est

Psalmus 53 [1]

53:1 Deus, in nómine tuo salvum me fac: * et in virtúte tua júdica me.

53:2 Deus, exáudi oratióem meam: * áuribus pércipe verba oris mei.

53:3 Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsiérunt ánimam meam:
* et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

53:4 Ecce enim, Deus ádjuvat me: * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

53:5 Avérte mala inimícis meis: * et in veritáte tua dispérde illos.

53:6 Voluntárie sacrificábo tibi, * et confitébor nómini tuo, Dómine: quóniam bonum
est:

53:7 Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me: * et super inimícos meos despéxit
óculus meus.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Psalmus 84 [2]

84:1 Benedixísti, Dómine, terram tuam: * avertísti captivitátem Jacob.

84:2 Remisísti iniquitátem plebis tuæ: * operuísti ómnia peccáta eórum.

84:3 Mitigásti omnem iram tuam: * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

84:4 Convérte nos, Deus, salutáris noster: * et avérte iram tuam a nobis.

84:5 Numquid in aetérnum irascéris nobis? * aut exténdes iram tuam a generatióne in
generatiónem?

84:6 Deus, tu convérsus vivificábis nos: * et plebs tua lætábitur in te.

84:7 Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam: * et salutáre tuum da nobis.

84:8 Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus: * quóniam loquétur pacem in plebem
suam.

84:9 Et super sanctos suos: * et in eos, qui convertúntur ad cor.

84:10 Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus: * ut inhábitet glória in terra
nostra.

84:11 Misericórdia, et véritas obviavérunt sibi: * justítia, et pax osculátæ sunt.

84:12 Véritas de terra orta est: * et justítia de cælo prospéxit.

84:13 Étenim Dóminus dabit benignitátem: * et terra nostra dabit fructum suum.

84:14 Justítia ante eum ambulábit: * et ponet in via gressus suos.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Psalmus 116 [3]

116:1 Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli:

116:2 Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in aetérnum.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Assumpta est * Maria in caelum: gaudent Angeli: laudantes benedicunt Dominum.

Capitulum

Cant 6:9

Quae est ista, quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

R. Deo gratias

V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Oremus.

Deus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ in qua habitares, eligere dignatus es: da, quaesumus; ut sua nos defensione munitos, jucundos facias suae interesse commemorationi

Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Ad Tertiam

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

†

V. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

Hymnus

Memento, rerum Conditor,
Nostri quod olim corporis
Sacrata ab alvo Virginis
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiae,
Dulcis Parens clementiae,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu
In sempiterna saecula.
Amen.

Ant. Maria Virgo

Psalmus 119 [1]

119:1 Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: * et exaudivit me.

119:2 Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

119:3 Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

119:4 Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

119:5 Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar:
* multum íncola fuit ánima mea.

119:6 Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant
me gratis.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Psalmus 120 [2]

120:1 Levávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

120:2 Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cælum et terram.

120:3 Non det in commotiónem pedem tuum: * neque dormítet qui custódit te.

120:4 Ecce, non dormitábit neque dórmiet, * qui custódit Israél.

120:5 Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

120:6 Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

120:7 Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

120:8 Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum: * ex hoc nunc, et usque in
sæculum.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Psalmus 121 [3]

121:1 Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

121:2 Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis, Jerúsalem.

121:3 Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cujus participátio ejus in idípsum.

121:4 Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

121:5 Quia illic sedérunt sedes in iudício, * sedes super domum David.

121:6 Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: * et abundántia diligentibus te:

121:7 Fiat pax in virtúte tua: * et abundántia in túrribus tuis.

121:8 Propter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pacem de te:

121:9 Propter domum Dómini, Dei nostri, * quæsívi bona tibi.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Maria Virgo * assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

Capitulum

Sir 24:15

Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea.

R. Deo gratias

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

Oremus.

Deus, qui salutis aeternae, beatæ Mariæ virginitate foecunda, humano generi praemia praestitisti: tribue, quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum:

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Ad Sextam

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae.
Amen.



V. Deus in adiutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

Hymnus

Memento, rerum Conditor,
Nostri quod olim corporis
Sacrata ab alvo Virginis
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiae,
Dulcis Parens clementiae,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu
In sempiterna saecula.
Amen.

Ant. In odorem

Psalmus 122 [1]

122:1 Ad te levávi óculos meos, * qui hábitas in cælis.

122:2 Ecce, sicut óculi servórum * in mánibus dominórum suórum,

122:3 Sicut óculi ancillæ in mánibus dómínæ suæ: * ita óculi nostri ad Dóminum, Deum nostrum, donec misereátur nostri.

122:4 Miserére nostri, Dómine, miserére nostri: * quia multum repléti sumus despectióne:

122:5 Quia multum repléta est ánima nostra: * oppróbrium abundántibus, et despéctio supérbis.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Psalmus 123 [2]

123:1 Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israél: * nisi quia Dóminus erat in nobis,

123:2 Cum exsúrgerent hómínes in nos, * forte vivos deglutíssent nos:

123:3 Cum iraserétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

123:4 Torréntem pertransívit ánima nostra: * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

123:5 Benedíctus Dóminus * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

123:6 Ánima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venántium:

123:7 Láqueus contrítus est, * et nos liberáti sumus.

123:8 Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum et terram.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Psalmus 124 [3]

124:1 Qui confídunt in Dómino, sunt sicut mons Sion: * non commovébitur in aetérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

124:2 Montes in circúitu ejus: * et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc et usque in saeculum.

124:3 Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum: * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

124:4 Bénefac, Dómine, bonis, * et rectis corde.

124:5 Declinántes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israël.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. In odorem * unguentorum tuorum currimus: adolescentulae dilexerunt te nimis.

Capitulum

Sir 24:16

Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius et in plenitudine sanctorum detentio mea.

R. Deo gratias

V. Benedicta tu in mulieribus.

R. Et benedictus fructus ventris tui.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

Oremus.

Concede misericors Deus, fragilitati nostrae praesidium: ut qui sanctae Dei Genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus.

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Ad Nonam

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.
Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae.
Amen.



V. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

Hymnus.

Memento, rerum Conditor,
Nostri quod olim corporis,
Sacrata ab alvo Virginis
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiae,
Dulcis parens clementiae,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
Ih sempiterna saecula.
Amen.

Ant. Pulchra es

Psalmus 125 [1]

125:1 In converténdo Dóminus captivitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti:

125:2 Tunc replétum est gáudio os nostrum: * et lingua nostra exsultatióne.

125:3 Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

125:4 Magnificávit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus lætántes.

125:5 Convérte, Dómine, captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

125:6 Qui sémant in lácrimis, * in exsultatióne metent.

125:7 Eúntes ibant et flebant, * mitténtes sémina sua.

125:8 Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, * portántes manípulos suos.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Psalmus 126 [2]

126:1 Nisi Dóminus aedificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui aedíficant eam.

126:2 Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

126:3 Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui

manducátis panem dolóris.

126:4 Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dómini filii: merces, fructus ventris.

126:5 Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ita filii excussórum.

126:6 Beátus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Psalmus 127 [3]

127:1 Beáti, omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

127:2 Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, et bene tibi erit.

127:3 Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

127:4 Filii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

127:5 Ecce, sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

127:6 Benedícat tibi Dóminus ex Sion: * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

127:7 Et vídeas filios fliórum tuórum, * pacem super Israël.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Pulchra es, * et decora, filia Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.

Capitulum

Sir 24:15

In plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

R. Deo gratias

V. Post partum Virgo inviolata permansisti.

R. Dei Genitrix intercede pro nobis.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

Oremus.

Famulorum tuorum, quaesumus Domine, delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur:

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Ad Vesperas

Incipit {specialis}

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae.
Amen.

†

V. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Alleluia

Psalmi {Votive}

Ant. Assumpta est * Maria in caelum: gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum

Psalmus 109 [1]

109:1 Dixit Dóminus Dómino meo: * sede a dextris meis:

109:2 Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

109:3 Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

109:4 Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génuí te.

109:5 Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech.

109:6 Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

109:7 Judicábit in natió nibus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

109:8 De torrén te in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Assumpta est * Maria in caelum: gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum

Ant. Maria Virgo * assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio

Psalmus 112 [2]

112:1 Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

112:2 Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

112:3 A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

112:4 Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória ejus.

112:5 Quis sicut Dóminus, Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

112:6 Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

112:7 Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

112:8 Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum letantem.

V. Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen

Ant. Maria Virgo * assumpta est ad aethereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio

Ant. In odorem * unguentorum tuorum currimus: adolescentulae dilexerunt te nimis
Psalmus 121 [3]

121:1 Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi: * In domum Domini ibimus.

121:2 Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis, Jerusalem.

121:3 Jerusalem, quae aedificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

121:4 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

121:5 Quia illic sederunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

121:6 Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem: * et abundantia diligentibus te:

121:7 Fiat pax in virtute tua: * et abundantia in turribus tuis.

121:8 Propter fratres meos, et proximos meos, * loquebar pacem de te:

121:9 Propter domum Domini, Dei nostri, * quaesivi bona tibi.

V. Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen

Ant. In odorem * unguentorum tuorum currimus: adolescentulae dilexerunt te nimis

Ant. Benedicta filia * tu a Domino: quia per te fructum vitae communicavimus
Psalmus 126 [4]

126:1 Nisi Dominus aedificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui aedificant eam.

126:2 Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

126:3 Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

126:4 Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce hereditas Domini filii: merces, fructus ventris.

126:5 Sicut sagittae in manu potentis: * ita filii excussorum.

126:6 Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

V. Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen

Ant. Benedicta filia * tu a Domino: quia per te fructum vitae communicavimus

Ant. Pulchra es, * et decora, filia Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata
Psalmus 147 [5]

147:1 Lauda, Jerusalem, Dominum: * lauda Deum tuum, Sion.

147:2 Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit filiis tuis in te.
147:3 Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe fruménti sátiat te.
147:4 Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.
147:5 Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.
147:6 Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?
147:7 Emíttet verbum suum, et liquefáciét ea: * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.
147:8 Qui annúntiat verbum suum Jacob: * justítias, et judícia sua Israël.
147:9 Non fecit táliter omni natióni: * et judícia sua non manifestávit eis.
V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.
R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen
Ant. Pulchra es, * et decora, filia Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinate

Capitulum Hymnus Versus {Votive}

Sir 24:14

Ab initio et ante saecula creata sum, et usque ad futurum saeculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

R. Deo gratias

Hymnus

Ave maris stella,

Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix caeli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevae nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen caecis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpīs solutos
Mites fac et castos.

Vitam praesta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collaetemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritu sancto,
Tribus honor unus.
Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Canticum Magnificat {Antiphona Votive}

Ant. Beata Mater, * et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum.

*(Canticum Mariae * Luc. 1:46-55)*

1:46 Magnificat * ánima mea Dóminum.

1:47 Et exsultávit spíritus meus: * in Deo, salutári meo.

1:48 Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

1:49 Quia fecit mihi magna, qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

1:50 Et misericórdia ejus, a progénie in progénies: * tíméntibus eum.

1:51 Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

1:52 Depósuit poténtes de sede: * et exaltávit húmiles.

1:53 Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

1:54 Suscépit Israël púerum suum: * recordátus misericórdiæ suæ.

1:55 Sicut locútus est ad patres nostros: * Ábraham, et sémini ejus in sæcula.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Beata Mater, * et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum.

Preces Feriales{omittitur}

Oratio {Votive}

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

Oremus

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Suffragium {per annum}

Sancti omnes intercedant pro nobis ad Dominum

V. Mirificavit Dominus Sanctos suos.

R. Et exaudivit eos clamantes ad se.

Oratio

N. exprimitur nomen titularis propriae ecclesiae

Oremus.

A cunctis nos, quaesumus, Domine, mentis et corporis defende periculis: et, intercedente beato Joseph, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato **N.** et omnibus Sanctis, salutem nobis tribue benignus et pacem; ut, destructis adversitatibus et erroribus universis, Ecclesia tua secura tibi serviat libertate.

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Conclusio

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

V. Benedicamus Domino

R. Deo gratias

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

Ad Completorium

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae.

Amen.



V. Deus in adiutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

Psalmus 128 [1]

128:1 Sæpe expugnauerunt me a iuventute mea, * dicat nunc Israël.

128:2 Sæpe expugnauerunt me a iuventute mea: * etenim non potuerunt mihi.

128:3 Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: * prolongauerunt iniquitatem suam.

128:4 Dominus justus concidit cervices peccatorum: * confundantur et convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.

128:5 Fiant sicut foenum tectorum: * quod priusquam evellatur, exaruit:

128:6 De quo non implévit manum suam qui metit, * et sinum suum qui manipulos colligit.

128:7 Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos: * benediximus vobis in nomine Domini.

V. Glória Patri, et Filio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen

Psalmus 129 [2]

129:1 De profundis clamavi ad te, Domine: * Domine, exaudi vocem meam:

129:2 Fiant aures tuae intendentes, * in vocem deprecationis meae.

129:3 Si iniquitates observaveris, Domine: * Domine, quis sustinebit?

129:4 Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

129:5 Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

129:6 A custodia matutina usque ad noctem: * speret Israël in Domino.

129:7 Quia apud Dominum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.

129:8 Et ipse redimet Israël, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

V. Glória Patri, et Filio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen

Psalmus 130 [3]

130:1 Domine, non est exaltatum cor meum: * neque elati sunt oculi mei.

130:2 Neque ambulavi in magnis: * neque in mirabilibus super me.

130:3 Si non humiliter sentiebam: * sed exaltavi animam meam:

130:4 Sicut ablactatus est super matre sua, * ita retributio in anima mea.

130:5 Speret Israël in Domino, * ex hoc nunc et usque in saeculum.

V. Glória Patri, et Filio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen

Hymnus.

Memento, rerum Conditor,

Nostri quod olim corporis,

Sacrata ab alvo Virginis
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiae,
Dulcis Parens clementiae,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spiritu,
In sempiterna saecula. Amen.

Capitulum

Sir 24:24

Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctae spei.

R. Deo gratias

V. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ant. Sub tuum praesidium

Canticum Simeonis [4]

*(Canticum Simeonis * Luc. 2:29-32)*

2:29 Nunc dimittis servum tuum, Dómine, * secúndum verbum tuum in pace:

2:30 Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

2:31 Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum,

2:32 Lumen ad revelatióem Géntium, * et glóriam plebis tuæ Israël.

V. Glória Patri, et Filio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculórum. Amen

Ant. Sub tuum praesidium * confugimus, sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

V. Domine exaudi orationem meam

R. Et clamor meus ad te veniat

Oremus

Beatae et gloriosae semper Virginis Mariae, quaesumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat, et ad vitam perducatur aeternam.

Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Post

Sacrosanctae et individuae Trinitati, crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimae et gloriosissimae semperque Virginis Mariae foecundae integritati, et omnium Sanctorum universitati sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita saecula saeculorum.

R. Amen.

V. Beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium.

R. Et beata ubera, quae lactaverunt Christum Dominum.

Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem: sed libera nos a malo. Amen.

Ave Maria, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae.

Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus: descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis; ascendit ad caelos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos et mortuos.

Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.